




Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/295855>

II

THESES
JURIDICAE INAUGURALES.



15

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GOZEWINI JANI LONCQ, CORN. JAN. FIL.,

MED. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Oradu Doctoratus

SUMMISQUE

IN JURE ROMANO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

HENRICUS JOHANNES MICHAELIS LAURENTIUS DUVELAER VAN DE SPIEGEL,

Arnhemensis,

A. D. XXVIII, M. JANUARII, MDCCCLXIII, HORA II

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. DE KRUIJFF.

MDCCCLXIII.

Typis Mandaverunt L. E. BOSCH ET FILIUS.

THESES.

I.

Non facio cum Clar. Renaud, Archiv für Civ. Prax. XXIX p. 162 statuente: „Derjenige, der irrthümlich eine Nicht-schuld bezahlt, — kann das Gezahlte — gegen Jeden Dritten — vindiciren“
nec obstat l. 25 § 1 D. de usufructū (7. 1.)

II.

Nulla antinomia inter l. 33 D. de jure dot. (23. 3) et l. 41 D. de re jud. (42 1). Conciliatio Cujacii praefferenda est ei quae a Voorda praeposita est.

III.

Etiam socius unius rei condemnandus est in id quod facere potest.

IV.

Emancipatam filiam pater dotare tenetur

V.

Electio ex obligatione alternativa ad creditoris heredem et cessionarium transit.

VI.

Prior creditor secundo creditori praefertur in rebus postea quaesitis, si debitor iis quae habet habiturusque est obligavit.

VII.

Maritus qui patitur scientem uxorem suam rem sibi ab extraneo donatam usucapere, hanc vindicare potest, cum sit donatio prohibita.

VIII.

Nulla antinomia inter § 2 Inst. de societate et l. 30 D. pro socio (17. 2) quae non indiget emendatione.

IX.

Consensus patris superveniens nuptias non ab initio reddit justas.

X.

Theophilus ad § 1 Instit. de perpet. et temp. act. (4. 12) errat in exemplo contractus, qui heredes non obligat.

XI.

Obligationem naturalem non manere si creditor in rem debitoris invaserit contra Sartorium (Zeitschrift für Civilrecht und Process. XX p. 44) defendo.

XII.

Non facio cum Burchardi (Archiv. für civ. Praxis XVIII 16) creditorem contra decretum Div. Marci (l. 7 D. ad legem Julianam de vi privata 48. 7) agentem, ex obligatione mutua conveniri non posse.
